



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

8. An Rescriptum cum errore in nomine Dioecesis, personae, aut constructionis vitietur? an datum in praejudicium tertij valorem habeat? an rasurâ infirmetur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



cap. 20. n. 5. *Suar. de voto lib. 6. cap. 27. n. 32.*  
 secus si vera sit una sufficiens, licet alia  
 falsa sint. *Sanch. lib. 6. disp: 21. n. 32.* mo-  
 do falsa causa non sit intrinseca, id est, per  
 se æquè movens Principem ad dispen-  
 sandum, tunc enim, cum maior ratio non  
 sit, cur Princeps ex causa falsa moveatur,  
 quam vera eodem modo sibi proposita,  
 qualibet cessante corruet intentio di-  
 spensantis: *Guitier: lib: 2. canonicarum. quest.*  
*cap. 15. n. 29.* In dubio autem, an causa fal-  
 sa sit intrinseca vel extrinseca, finalis vel  
 impulsiva, præsumitur impulsiva, atq; i-  
 deò præsumendum pro valore actûs *L.*  
*quoties de rebus dubijs. cap. Abbate de verb. sign.*  
 itemq; est in dubio, an dispensatio valeat,  
 quia dubitatur de veritate narratorum.  
*Palaus sup. cit: punc: 16. §. 3. n. 3.*

8. Rescriptum cum errore in nomine  
 Diœcesis, ut si Petrus sit Diœcesis Salis-  
 burgensis, & dicatur esse Viennensis, se-  
 cundum quosdam est invalidum, *Sanch:*  
*de matr: tom. 3. disp: 21. num. 39.* nam tunc  
 committitur Episcopo Viennensi dispen-  
 satio, qui tamen potest dispensare cum  
 non subdito: sed veriùs putamus esse vali-  
 dum



dum non solum, quando erratur in nomine personæ, ut si vocetur Petrus, & dicatur Paulus, sed etiam si erretur in nomine Diœcesis, quia constat intentionem Papæ esse, ut cum Oratore dispenset proprius Episcopus. *Salas. disp. 20. sect. 16. n. 123.* Ruunt tamen rescripta Apostolica, quæ manifestum latinitatis errorem continent, quia cum multorum Officialium manus transeant, verisimile non est, eos errorem manifestum incorrectum reliquisse. *cap. ad audientiam. 11. de rescr. glos. ibid.* Quamvis aliud de testamentis & instrumentis contractuum constantius, quæ cum alicui tabellioni ordinariè scribenda committantur, facilè error aliquis contra Grammaticam in constructione incorrectus relinquatur, ideoq; ob errorem talem non vitiantur. *L. Error 7. de Testament.* Quod si verò initium constructionis dubium evadat, aut figurâ locutionis excusari possit, Rescriptum non corruet, etiam si in elegantia sermonis defectus fuerit, *cit: cap. ad audientiam, quia indignum est, ut verba cœlestis oraculi restringantur sub regulis Donati, Can: indignum dist. 38. sicuti neq; ob de-*



ob defectum unius litteræ vel syllabæ, infirmatur Rescriptum Apostolicum, *cap. ex parte 11. & ibid: gloss: de fide instrum.* nisi sensus substantialiter mutetur: quo facto meritò Rescriptum de falsitate suspectum esse potest, uti etiam tunc, cum jure communi est repugnans & stylo curiæ, nullam de eo mentionem faciens. *cap. de Capellis Monach: ult: Cod. Si contra jus, & utilitatem publicam.*

9. Quod si rescriptum contra privilegia impetratum, speciali & expressâ clausulâ derogatoriâ munitum non sit, nihil operatur, *cap. Ordinem hoc tit. si Reipub: sit noxium, textus reclamatur, L. fin. C. si contra jus. si fisco damnosum; resistit pariter. L. 3. Cod. de prec. Imperat. offer. si in tertii præjudicium, non minus invalidum, L. 2. Cod. eodem. si contra transactionem, nullum, L. Causas. 16. C. de transact. si contra sententiam, à qua appellatum non fuit lite pendente ( nisi in casibus à jure expressis ) fides tollitur Rescripto, L. 1. & 2. C. ut lite pendente non jure quidem, sed ope exceptionis, si sint rescripta justitiæ. cap. 2. de filiis Præsbyt: in 6. sin gratiæ, occulta-*